

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Petrus Scharlingius


**De Anabaptismo Disputatio Elenctica Tredecima, Complectens Sectae
Anabaptisticae Errores refutatos in loco De Magistratu Politico**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737665270>

Druck Freier  Zugang





A close-up photograph of a marbled book cover. The pattern is a dark, mottled design with lighter, branching veins and small red spots, resembling stone or water patterns.

P. Kinkelmann.
R. U. theol. 1613.



(1)	Joh. Hallerius, De SS. scriptura	1613
(2)	D. Dreyzener, De Deo trinitate	1613
(3)	N. Waltherius, De Persona Christi	1613
(4)	M. Strikius, De baptismo	1613
(5)	F. Taurianus, De cena domini	1613
(6)	A. Friderici, De peccato originali	1613
(7)	J. Blantshagen, De ecclesia	1613
(8)	J. Nullius, De ministriis ecclesiae	1613
(9)	J. Saerberius, De ministerio ecclesiastico	1613
(10)	E. Loleius, De justificatione	1613
(11)	L. Gammelius, De bonis operibus	1613
(12)	F. von Bülow, De libertate christiana	1613
(13)	P. Schaeffingerius, De magistrato politica	1613
(14)	F. von Dike, De iudicio	1613
(15)	C. Michael, De coniugio	1613
(16)	D. Nestorius, De jure amanto	1613
(17)	G. Nachanus, De mercatoris	1613
(18)	B. Smoldius, De resurrectione	1613

DE ANABAPTISMO
DISPUTATIO ELENCTICA
TREDECIMA,

Complectens Secta Anabaptisticae Errores
refutatos in loco

De

MAGISTRATU
POLITICO.

Quam

Divina S.S. Spiritus assistente gratia

Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI

Verbi Divini Ministri.

Private suorum subiicit

PETRUS SCHARLINGIUS

Rostochiensis.

. Cal. Iulij. Horâ & loco consuetis.



ROSTOCHII

Litteris Reußnerianis, Anno 1613.

DE ANABAPTISMO
DILEXIT AGNUS CHRISTI
TERRICAM
CATHOLICAM
MAGISTERIAL
BONITATE





ΣΤΝΘΕΩ.

DISPV TATIO ANTICATA BAPTISTICA

XIII.

DE MAGISTRATU
POLITICO.

CONTINVATI O.

Ria sunt omnium Hæresen principia, auctoritate, vel ambitione, Philosophia abusio; & tandem 3. ολυμπια, vel imperitia: Sicut enim auctoritas vel contentio de primatu, Papatum genuit; Illegitima Philosophia abusio Zwinglocalvinianos aliosq; fanaticos prodixit: Ita ολυμπια progeniem Catabaptisticam, fœtum profecto noxiū, infelici partu enixa est. Hi enim quia in Evangelio libertatem promitti audiunt, inde eandem nullum inter homines Regem, nullumq; Magistratum agnoscere, autumant. Unde fit, ut nullum libertatis suæ fructum capere se posse putent, quamdiu aliquam supra se eminere potestatem videant, nec aliquid fore salvum existiment, nisi totus orbis in novam faciem reformatur, ubi nec iudicia sint, nec leges nec magistratus, nec simile quid, quod officere suæ libertati opinantur. Quasi vero Christiana libertas sit vaga & effrenis licentia, quā quicquid lubet, pro nostro arbitrio agamus aut omittamus: & non porius à Spiritu S. definiatur gratuitum donum per Christum Servatorem in nos collatum, quo credentes, tum à maledictione Legis, rūm à iugo ceremoniarum legalium liberati, sanctoq; Spiritu donati, incipient sponte servire Deo in sanctitate & justitia. Quia igitur errores, Adversario-

A 2

rum

rum de Magistratu Politico, *λαγόνην* sacras literas impugnenty & non nisi ex ὀλιγομάθεια & falsa, quæ est de Libertate Christianâ; hypothesi procedant, de qua superiori Disputatione egimus, libet eosdem hac oꝝytrice subiungere.

CAPUT PRIMUM.

De Magistratu Politico: An geri, tolerari & implorari possit ac debeat.

Error Primus.

Etsi Magistratus quidem est Dei ordinatio, non tamen est status Deo placens.

REFUTATIO

Non una eademq; est omnia, qui huic sedæ nomina dederunt, de hac questione sententia. Quidam enim eorum (a) omnino damnante Magistratus officium, Quidam eorum, (ut est in hoc errore primo) si concedunt, vieti testimonii scripturæ, Magistratum esse ordinationem & Ministrum Dei, id ita intelligunt, sicut Nebuchodonosor fuit Minister Dei in puniendis Israelitis; evertenda Tyro, &c. (b) aut sicut Diabolus est minister Dei, quando exequitur iram Dei. (c) Nos contrarium, sacris literis edociti, probamus.

Vide M. Lu
cæ osiandi
Enchiridi-
on cont. A.
nab. c. 9. q. i
a) Monaste-
riens. Thō.
Munit in
epist. an
Bruder
Kunst zu
Heldrun-
gen.
b) Ier. 25. 9.
c. 27. 6.
Matt. 5. 25.
c. 18. 34.
3 Reg. 22. 21
22. 23.
Luc. 12. 58.
c) D. Chem
nit. part. 2.
L. C. p. 314
d) Gen. 9. 6.
Exod. 18. 21.
Num. 11. 16
17.
Deut. 19. 13
Prov. 8. 15 16
Dan. 2. 21.
Matt. 22. 22
Ioh. 19. 11.
Rom. 13. 1.
2. & seq.

I. Testimoniis & dictis scripturæ. Deus enim ipse sancivit, ut qui effuderit sanguinem hominis, per hominem ejus sanguis effundatur (d) non sane temerè, ac per quemvis, sed legitime ad officium vocatum, & autoritate Dei instructum. Sic instituuntur Magistratus à Mose: quod consilium, quamvis à Iethro ortum sit, tamen Deus approbat. Et per ipsum Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; per ipsum principes imperant, & potentes, immo omnes iudices terræ: Ipse constituit Reges, & transfert regna. Ac Magistratum confirmat ipse Salvator, dum ait: Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Et Pilato respondet: Non haberes potestatem adversus me ullam: nisi hoc tibi datum esset desuper. Hinc Paulus præcipit, ut omnis anima subditas sit potestatibus superemi-
nenti.

nentibus epitheto (εὐεξέσως) dignitatem & eminentiam status notans. Non enim inquit est ἐξουσία (potestas) nisi à Deo; quæ autem sunt potestates τὸν θεόν πεποιηθέντες: ubi etiam imperia nominantur τῷ θεῷ à causa efficiente.

2. Elogiis honorificentissimis & quibus Spiritus S. Magistratum honestissimè ornat & mirificè nobis commendat. Dicunt enim Elohim, Dii, (e) non quod naturā tales sint, sed ut Paulus ait, sunt Di γενέρων. Causa huius appellationis eleganter à Iustino Martyre (f) recitatur. Primum enim Magistratus insignem hunc titulum gerit, à munere divinitus sibi mandato fungitur. Deinde dicitur, quia loco Dei principes Rebus p. præsunt, ut sint custodes legis Divinae, Denique à munere, quia Deus vult Magistratum honorari. Hoc pacto Moses Deus Pharaonis (g) dicitur, quod loco Dei illi imperare debeat populi dimissionem. Sic etiam vocatur διάκονος καὶ λειτουργὸς θεός, τοξις καὶ διατριψη θεός. Item Angelus Dei, quia mittitur à Deo ad dispensandum ius, ad dirimendas lites, judicandas causas, defendendos bonos, & puniendos sceleratos. Sic dicuntur salvatores, cum per hos salus hominum pariter temporalis & æterna promovetur. Pastores & Nutrices, ram defendantes, quam pascentes subditos. Item Christi & uncti Iehovæ, quia olim Prophetæ Reges ex mandato Dei saero oleo ungabant.

3. Mandatis, quibus Deus à subditis quam severissimè extigit, ut pro Regibus & in sublimitate constitutis orient, Magistratu ceu ordinationi suæ sint subjecti, & ipsorum iurisdictionem à se illis delegatam agnoscant (h). Quibus etiam (mandatis sc.) addit intermissiones, quibus pœnam Deus gravissimam denunciat omnibus inobedientibus & magistratui resistentibus, contumaciamq., quæ ille praestatur, sibi vel maximè fieri reputat, ut passim exempla tragica docent. Quod sane non fieret, nisi status hic Deo placeret.

4. Ex bona consequentia. Si enim sub nomine Patris etiam Magistratus comprehenditur, utiq. Magistratus status etiam

- c) Joh. 10, 35.
Exod. 22, 8.
9, 28.
Deut. 10, 17.
Psal. 82, 1, 6.
& 86, 8.
1. Cor. 8, 4.
f) quæ. 14, 2.
g) Exod. 7, 1.
Rom. 13, 1.
2, 4.
2. Reg. 14, 18
19, 28.
Gen. 50, 20.
Iud. 3, 9, 15.
Nchem. 9, 9.
27.
Iud. 2, 16.
1. Sam. 2, 16.
Num. 27, 17.
Ps. 78, 70, 71.
2. Reg. 24, 1.
17.
Esa. 49, 2, 3.
1. Reg. 24, 7.
c, 10, 1, 16.
3. Reg. 1, 39
c, 19, 15, 16.
Esa. 45, 1.
h) 1. Tim. 2,
1, 2.
Rom. 13, 1, 2.
1. Pet. 2, 13.
Tit. 3, 1.
Matt. 22, 21.
Exod. 22, 22.
Prov. 24, 21.
Num. 14, 10.
16, 32, c, 24.
6.

i) Vide Ch^e
L. C. part. 2
de Leg. Dei
c. s. p. 59. &
seq.

bodie in N. T. praecepto illo quarto confirmatur. At prius. Ergo.
Connexum constat, quia Lex Moralis non est abolita in N. T. sed
est omnium temporum, ut in confessio est. (i)

Vide Art.
12 Form.
Concord.

Homo Christianus salva & illæsa conscientia Ma-
gistratus officio fungi non potest.

REFUTATIO.

Erroris hujus falsitas ex refutatione præcedentis satis super^q
constat, ne opus sit nimium in refutatione ejus laborare.

1. Si n. Magistratus est bona Dei, non nisi bona ordinantia,
ordinatio & dispositio; si Deo placet, eundemq^u suo nomine non de-
dignatur; elogiusq^u ac titulis honorificissimus ornat; serioq^u man-
das eidem debitam reverentiam, obedientiam ac subjectionem exhibi-
beri, propositis premiis obedientibus, ac severissimis paenit. inobedi-
entibus: qui quæso, non liceret iure divino & bona conscientia, ho-
mini Christiano officium magistratus gerere.

2. Quemadmodum majoris declarationis ergo adduci possunt
exempla V. & N. T. In V. T. sunt exempla quam plurima piorum &
sanctorum virorum, qui Magistratum gesserunt, quorum aliⁱ
regnis, ut David, Assa, Josaphat, Iosas, Ezechias: Alij Sacrapis, ut
Ioseph & Daniel: Alij cⁱ vilibus praefecturis in libero populo, ut Mo-
ses, Iosua, ac iudices fundi sunt: quorum functiones sibi probatas esse
Dominus declaravit. Quare & eas, non exidentes gratiâ Dei, salvâ
& illæsa conscientia administrarunt & obierunt.

3. Sic in N. T. multi recensentur, qui Magistratus officio
præfuerunt & tamen Christiani, Christiq^u, fuere discipuli fidelissimi.
Centurio enim vixit in Magistratu, & Christianus fuit. Cornelius
centurio vidit in Magistratu, nec, conversus à Petro, eum depositus.
Ioannes Baptista milites ad Baptismum accedentes, non vita genus
mutare, sed ordinariis stipendiis contētos esse iubet. Idem de Iosepho
Arimatheo, Regulo, Eunuco, Regina, Candace, Thesaurario, Sergio
Paulo, Erasto & pluribus aliis (a) legimus: ut jam nihil dicam de
sanctis.

a) Marc. 15.
3. 4.

sanctissimis Imperatoribus, Constantino, Theodosio, & aliis similibus, qui Ecclesiam publica autoritate & armis vii tricibus defenduntur.

Ioh.4. 53.
Luc.3.14.
Matt.8. 9.
Act.10.31.6
13. 12.

4. Quare nullum dubium esse debet, quin civilis potestas, vocatio sit, non modo coram Deo sancta & legitima, sed sacerdotalia etiam, & in tota mortalium vita longè omnium honestissima, qua quis salva & illa sa conscientia fungi possit.

Error Tertius.

Impius Magistratus non est à Deo, ideoq; nec illi obedientia præstanda, sed est gladio reprimendus & interficiendus.

Thomas
Muntzer in
epist. an
Bruder
Ernst zu
Heldrups
gen. Vide
Tom. 2.
Witeb.
Germ. f. 334

REFUTATIO.

Tria de Magistratu impio Adversarii in hoc errore propounderunt. 1. quod non sit à Deo, ideoq; 2. illi non obediendum, sed 3. gladio esse reprimendum & interficiendum. Nos hæc tria ordine refutabimus.

a) Iob. 34.
30.
Lev. 26. 17.
Esa. 3. 3. 4.
Iud. 2. 14.
Ezech. 7. 11.
Rom. 13. 1.
1. Tim. 2. 2.
1. Pet. 2. 13.

1. Magistratum impium etiam à Domino esse, ipsa Scriptura nobis dictat per seipius dictis. Non solum enim sapientem & bonum solum facit regnare, sed etiam hominem hypocritam propter peccata populi: (a) Ipse auctor fortis, & virum bellatorem ac iudicem, & dat pueros principes eorum, & facit effaminatos dominari eis. Tradidit Dominus Israelitas pejora facientes, quam patres ipsorum, in manus gentium diripiencium: persecutus & facit, ut violentus consurgat, & sic virga impiecat. Unde in N. T. etiam docetur in genere regiam potestatem esse à Deo, & illi obediendum, proq; ea orandum. Cum tamen nulli tunc sub primo inicio Ecclesia N. T. essent Reges, nisi infideles.

b) Ier. 27. 6.
Dan. 2. 37.
3. Reg. 14. 7.
8. 9. 10. c. 16.
2.
4. Reg. 8. 12.
3. Reg. 19. 13.
Ioh. 19. 11.

2. Deinde & exemplis idem probat S. S. Scriptura. De Nabuchodonosare enim Rege impio & Idololatria legitimus (b), quod Deus cœli, ei regnum, imperium & gloriam dederit. Sic Ieroboamo Regi, qui sua Idololatria peccare fecit Israel ut Scriptura loquitur, Propheta Achias hac dura ex mandato Dei nunciat; Quia exaltavite

ravi te de medio populi, & dedi te ducem super populum meum Isra-
el, & scidi regnum domus David, & dedi illud tibi, & non fuisti
sicut servus meus David, sed operatus es malum super omnes, qui
fuerunt ante te, & fecisti tibi Deos alienos & conflatiles, ut me ad
iracundiam provocares, me autem projecisti post ergum tuum, id-
circo ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de-
Ieroboam mingentem ad parietem, &c. Sic & Baes & successori Iero-
boami in regno & Idolatria, Propheta Iehu idem exierum nunci-
ans inquit: quod Deus eum exaltaverit de pulvere, & posuerit e-
um Duxem super populum Israel. Sic Hysael Rex Syriae Ethnicus
& impius, qui multa multa insultit filii Israel, ut Propheta Elise-
us ei prædixit, ab Elia Propheta ex mandato Domini ungitur in
Regem Syriae. Et Christus ipse in passione ad Palatum Praesidem
Romanum & Ethnicum: non haberes potestatem adversus me ul-
lam, nisi tibi data esset desuper,

c) Lib. 5. de
Civit. Dei
c. 21.

3. Unde Augustinus inquit (c): Qui dedit Mario, ipse etiam
Cesari; Qui Augusto, ipse & Neroni; Qui Vespasiano, vel patri vel
filio, suarissimis Imperatoribus, ipse etiam Domitiano crudelissimo;
&, ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse A-
postata Julianus.

c) Act. 5. 29.

4. Hinc patet Alterius membris solutio; An videlicet im-
pio sævoz magistratui sit obediendum? Hic distinguamus inter
subjectas res oportet. 1. In impiis decretis, quæ subditis impiis
Magistratus edicunt, ut aut falsam religionem sectentur, aut aliud
quippam contra Dei præceptum aggrediantur, p̄i subditi Magi-
stratui obedientiam præstare tenentur nullam, iuxta illud; Magis-
tro Deo obediendum, quam hominibus (d). Id quod exemplis probari
potest obstericum Ægyptiarum, sacerdotum piorum, fidelium
Hebreorum, mulierisq; cum & liberis (e); & martyrum, tum ve-
terum tum nostrorum temporum, qui magis Deo, quam Magistratui
impio, impia imperanti, obtemperare voluerunt.

d) Exod. 17.
1. Sam. 22,
17.

s. 2. In rebus cæteris externis & corporalibus, quæ absq;
salu-

salutis æternæ iactura, & dispendio peragi possunt, subdici impio
Magistratui etiam morem gerere debent, juxta illud; Omnis anima
potestarib^o supereminencib^o subdita sit (f). Sic etiam servi subentur
Dominis obedire oneribus, modo nihil iubear contra Dei m^adata. Idq;
pater exemplia Iudeorum, Davidis, Eliae, Elisei, Esaiæ, Christi, Apo-
postolorum, aliorumq; piorum (g) qui in externis rebus, & politicis
officiis obedientiam Magistratui præstiterunt, & illis honorem de-
tulerunt. Plura de hac re vide disp. seq. (h).

6. Eiusdem falsitatis cum præcedentibus est membrum ter-
rium, An Magistratus impius sit gladio reprimendus & interficien-
dus? 1. Nullum enim dictum, nullum exemplum V. & N. T. nulla
firmaratio idipsum nobis suader. 2. Sed potius David morte Sau-
lis per eum, qui se illius imperfectorem fuisse proficeret, nunciarâ,
supplicium de eo sumit, & Deus ipse Ioseph regis mortem iniustam ul-
ciscitur (i) Ubi Hieronymus (k). Quanquam, inquit, illi Dei timore
& insultione Zachariae illum occiderint, tamen occisi sunt judicia-
lier, quia non ore Prophetæ, nec consulcu Domini, sed sua præ-
sumptione illum occiderunt.

Error Quartus.

In Ecclesia non est opus Magistratus Politici regi-
mine, quia ibi tantum Deus regnat per verbum suum,
& in Ecclesia viventes, alioquin omnes sunt sancti &
probi. Non itaq; Magistratus est de necessitate, sed res
libera & adiaphora.

REFUTATIO.

Ad cruenta sua confilia de Magistratu non tolerando sed gla-
dio reprimendo ac interficiendo, contra S. S. Scripturam susceptra, ut
ante dictum, defendenda ac excusanda, singunt Magistratum esse
non de necessitate sed Christiana libertate, ideoq; non opus esse in Ec-
clesia regimine Magistratus, quia in ea Deus tanum per verbum
suum & illud amplectentes regnet. Sed quænam haec sit ratio sequen-
ti errore videbimus, nunc ad ipsum errorem respondemus.

I. Ac pro confutatione illius sic argumentamur: Si Magi-
stratus

B

stratus

- f) Rom. 13,1.
1. Pet. 2,18.
Vide Luth.
Tom. 2.
Wit. Germ.
f. 2. b.
g) Ier. 29,7.
Matt. 17,6.
22, 21, 27.
1. Tim. 2,4.
1. Reg. 24,10.
h) Difp. 14,6.
1. Er. 1.

- i) 2. Sam. 1,
10, 16.
2. Paral. 2,4.
25, c. 25, 3.
k) In quest.
Hebraic. in
hunc libr.
tom. 3. p. 85

- D. Wigan-
dus in Ana.
Schluss, f. 25
666. 720.

stratus Politici regimine vel maximè opus est, sequitur Magistratum esse de necessitate, non vero rem liberam & adiaphoram. At prius. Ergò. Minorem sic probamus: Sine quadre nec Ecclesia nec Politia, nec Oeconomia sarta recta consistere potest; ea vel maximè erit opus. At sine regimine Magistratus Politici, nec Ecclesia, nec Politia, nec Oeconomia sarta recta consistere potest: Ergo eo vel maximè opus est.

2. Quamvis enim spirituale & internum Christi regnum, initia cœlestis regni quædam jam nunc super terram in nobis inchoet, & in hac mortali evanidaq; vita, immortalē & incorruptibilem beatitudinem quodam modo auspicetur: atamen illi destinatum est, quamdiu inter homines agamus, externum Dei cultum fovere & tueri, sanam pietatis doctrinam & Ecclesiæ statum defendere, vitam nostram ad præscriptas leges conformare ac ad hominum societatem componere, ad civilem iustitiam mores nostros formare, nos inter nos conciliare, communem pacem ac tranquillitatem aflare, &c. Quæ omnia cum maximè necessaria esse negari non possit; sequitur omnino quod civilem magistratus administrationem regnum Dei quale nunc intra nos est, non exstinguat.

3. Tum quoq; quia voluntas Domini est, ut, dum ad veram patriam aspiramus, peregrinemur super terram; eius vero peregrinationis usus, subsidii Magistratus vel maxime indigeat; qui ipsa ab homine in hac vita collunt, annon suum illi eripiunt præsidium atq; munimentum?

4. Ecquis enim est, qui in id sedulò incumbit ac efficit, ut tam publica quam privata nostra sarta rectaq; sit tranquillitas & felicitas? ut sana religio vigeat ac vireat in choro? ut pace optima rerum altrix floreat in foro? ut summa legitimaq; consensio sit in coro? Nonne Pius Magistratus? Pio Magistratu imperii fasces carente, unusquisque sub vite & fice sua tranquillus quietusque habitat (a). Summa: Officio hoc vidente, vivunt; intereunte & collapso, collabuntur & intereunt Resps. omniaq; adeò humanae societatis.

5. Hinc Lutherus : (b) Politia est necessarium remedium
corruptae naturae.

6. Quod vero Adversarii tantam in Ecclesia Dei perfectio-
nem sibi ipsis imaginantur, que in hominum communitate reperiri
nunquam potest, (quod nimis in Ecclesia homines tam sunt san-
cti & probi, ut politico regimine haud indigant,) in eo suam vel in-
scitiam vel malitiam facili produnt. Quum enim tanta sit impro-
rum insolentia, nequitia tam contumax, quae omni legum se verita-
te coegeri vix posse: quid facturos speramus, si patere suis impro-
bitati videant impunitam licentiam?

b) In Gen.
c. 2. p. 30.

Error Quintus.

Christiani nullum Magistratum alium, quam Mini-
stros Evangelii agnoscere debent.

REFUTATIO.

Eafuit superiori seculo inter Anabaptistas seditiones rerum
omnium in utraq. potestate Ecclesiastica ac Politica, mera confusio,
ut non modò politica potestas tota extinta, & è medio sublata fue-
rit, sed & potestas ministrorum Ecclesiae propria in tyrannidem de-
generarit. Quid enim obsecro cum tyrannide magis conjunctum es-
se potuit, quam quod Ministri Evangelii merum ac mixtum, infini-
sum & absolutum sibi imperium in Ecclesiam arrogarunt; Magi-
stratum vero cum sua potestate ad Garamantes & Indos relega-
runt. (a)

Vide D.
Luth. tom.
2. Germ.
Wit. f. 244.
b. 334. b. 326

1. Sed hoc Adversariorum intentum, quo politicam potesta-
rem ac dominationem Magistratu auferre, & in clericos seu Mini-
stros Ecclesie transferre cum Pontificijs volente, cum interdictione
Christi expressa, quam & ipsi fatentur (a), pugnat, quando inquit
(b): Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui ma-
gni sunt potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos.
Ac eandem prohibitionem iisdem fere verbis, prævidens scilicet A-
nabaptistarum & Pontificiorum imperia invadendi animum cupi-

a) Vide hi-
stor. Thom
Muntzer &
Monaster.

a) Vide su-
rius Disp. 8.
c. 1. Er. 3.

b) Matt. 20.

25.

Luc. 22. 25.

1. Pet. 5. 3.

2. Tim. 2. 4.

dum, reperit post Canæ suæ institutionem Reges gentium dominan-
tur. Vos autem non sic. Quin & D. Petrus Episcopis exter-
num sive mundanum dominatum, atq; usum politicæ potestatis omni-
nō denegat, iubens Seniores Ecclesiæ ne dominantur clero. Et Apo-
stolus inquit: nemo militans Deo, implicet se secularibus negotiis.

2. Ne verò quis hic Sacerdotes V.T. nobis obyciat; respondem⁹,
nos minime ire inficias eosdem etiam politicam administrationē ob-
iisse, id quod exemplis Melchisedeci, Mosis, Heli, Samuelis, sacerdo-
tum & judicum (c), comprobari potest. Quo minus autem in N.T.
(licet Bellarminus (d) id acriter contendat) idem obtineri posse, ob-
stat ipsa reformatio Christi, qui utramq; potestatem subjectis perpe-
tuò distinctam esse, ut diximus, iussit; ita ut hac differentia, jam sic
ex hypothesi Evangelica prorsus necessaria.

a) Gen. 14.18.
Heb. 7. 1.
Exod. 18.12
c. 40.27.
I. Saim. 1.9.
e. 4. 18.
d) Tom. 1.
contr. gene-
ral. tert. lib.
g. cap. 9.

e) Luc. 12.
14.
Ioh. 6.15.

3. Quam constitutionem ipse etiam Christus observans, requisi-
tus ad divisionem hereditatis inter duos fratres, politicum hoc opus,
quippe ab officio suo alienū subire noluit eandem à se petenti respon-
dens: (e) Quis me confituerit iudicem super vos. Sic quoq; Regium ho-
norem sibi deferendū cognoscens, eundē fuga in montem declinavit.

4. Quamvis itaq; uerū potestati suā ulterò concedamus cogni-
tionem & affinitatem, ratione causa efficientis, cum utriusq; Deus
author confituerit, & respectu necessitatis, & auxilii murui, quo
sibi invicem utramq; devindam esse Deus voluit. Quemadmodum nō
sublata Ecclesiastica potestate, commodè quidem, at non pie viri
potest: & rursus, demta & abolita politica potestate, pie quidem,
at non commodè viri potest. Ita Ministerium Ecclesiasticum in
temporalibus defensione Magistratus secularis nullo modo non indi-
gere; Magistrorum verò in spiritualibus, aternam animæ salutem
concernentibus, institutione ministerii vel maximè opus habere, quis
est qui non videt?

5. Quo minus tamen utramq; confundamus, hoc nos moves
argumentum: Quicunq; differunt subjectis, instrumentis, effectus
illi in distinctis viri uirtutibus: At Ministri Ecclesiæ & Magistra-
tus Politicus differunt sc̄. Ergo, Differunt enim, 1. Subjectis:
siquis

siquidem civilis Magistratus officium est, societatem politicam, disciplinam & pacem externam tueri, defendere subditorum facultates, famam, corpora &c. Ecclesia autem potestas spiritualis est ad aeterna vita & spiritualium bonorum consecutionem ministrans, attestante Christo: Regnum meum non est de hoc mundo (f). 2. Instrumentis, sive forma gubernationis. Magistratu*m* enim Politico datus est gladius externus & materialis in vindictam operis malii, & defensionem boni. Ecclesia autem huius gladii externi usus planè est interdictus (g), & consistit eius gubernationis forma non in externi gladii usu, sed in prædicatione verbi, dispensatione Sacramentorum, usu clavium regni cælorum (h). 3. Effectis, utraq; enim potestas sui generis commoda habet: Magistratus conservat pacem civilem & tranquillitatem corporalem: Ecclesia pacem cum Deo, & hominum salutem sempiternam (i). Unde manifestum est, in unum eundemq; hominem simul utramq; potestatem, uno eodemq; tempore non cadere, & ut Politico non Ecclesiasticum, sic minime Ecclesiastico Politicum regimen competere.

6. Hinc D. Bernhardus: (k) Apostolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi usurpare aude aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum. Forma Apostolica hæc est, interdicitur dominatio, indicitur ministratio. August. Dedit Dominus potestam Apostolis super naturam, ut eam curarent: super dæmones, ut eos coercerent: super elementa, ut ipsa immutarent: super mortem ut eam contemnerent. Hæc etiam potestas data est eorum successoribus, secundum illud Apoc. 6. hi habent potestatem claudendi cælum, & convertendi aquam in sanguinem.

CAPUT SECUNDUM. De officio Magistratus.

Error Primus.

Magistratus non potest nec debet curare negotia religionis, aut falsam doctrinam aut impium cultum abrogare.

REFUTATIO:

B 3

Quo

Ioh. 18.36.

g) Rom. 13.

4.

1. Pet. 2. 14.

Matt. 26. 52.

h) 2. Cor. 10

4.

Act. 20. 22.

Luc. 24. 47

1. Pet. 5. 2.

Matt. 16. 19

c. 18. 18.

Marc. 8. 30.

Luc. 9. 18.

Ioh. 20. 23.

i) Tim. 2. 2

Rom. 14. 12

k) lib. 2. de

confid.

Anab. Bul-

lingerio re-

ferente. D.

Schluß. l. d.

f. 362. 6. b.

644. Luth.

Tom. 2.

Germ. Wit.

f. 327. b.

Quo minus Adversarii Anabaptiste verbo Dei, quod est
pedum nostrorum lucerna, & omnium actionum nostrarum velut
cynosura firmissima, inhærente teneantur, sed illis sua somnia, rapacisq;
Enthusiasticos somniare magis magisq; impune liceat: non solum i-
psum statum Politicum, sigillando ejusdem officium miserè depra-
vant, verum etiam negotia religionis ab ipso penitus quantum in
illis est, removent, & suis revelationibus inhærendum monent.

1. Contra eum autem Pandecta sacræ, curvis eisdem intentius
perscrutanti, monstrant. Vult enim Deus, ut Reges filium suum oscu-
lentur, Dominoq; serviant in timore. Vult ut sua capita portæ accol-
lant, & ut mundi portæ eleventur. 1. aperiant portas suas Princie-
pes, ut Rex gloriae ingrediatur. (Portas enim nominat ipsa Imperia,
adeoq; ipsos Reges, Principes & Magistratus, quia olim exerceban-
tur iudicia in portis). Vult ut codicem legis Dei secum habeat, illum-
que legant omnibus diebus vita suæ. Vult ut Reges sint Ecclesiæ nu-
tricii & Reginæ eius nutrices. (a) Et ob id præcipue Magistratus
diakovος λειτουργος θεος vocatur, quod vel maxime Religionis ne-
gotia curare & promovere debeat.

a) Psal. 2. 12
& 24. 7.

Deut. 17. 18

Ios. 1. 8.

Esa. 49. 23.

Rom. 13. 2.
4. 6.

b) Matt. 7. 15

1 Cor. 5. 13.

Gal. 1. 8.

2. Vult etiam Dominus ut caveamus nobis à Pseudoprophe-
tis, auferamus malum seu improbum è medio nostri, & illum, qui ali-
ud Evangelium docuerit, anathemate percuriamus. (b) Quæ præ-
cepit quia ad totam Ecclesiam, & singula ejus membra pertinent,
vel maxime quoq; ad magistratum tanquam Ecclesiæ partem haud
postremam spectabunt.

c) 3. Reg. 11.

21.

Deut. 17. 18

3. Hinc Regi Iosias, cum inauguraretur, datus est codex Let-
gis Dei in manus ad mandatum Dei. Et Scriptura nobis paßim
monstras exempla piorum Regum, ut Mosis, Davidis, Salomonis,
Ezechiae, Iosiae, Iosaphati, Asae, &c. qui Dei cultum corruptum &
eversum restituerunt, & curam religionis suscepserunt, ut sub illis pu-
ra & ineolumis floreret (c) Econtra vero sacra historia incer visia
ωνεγκλας ponit, quod non esset Rex in Israel, ideoq; faceret quisq; quod
place-

placebat. Et Deus neglegit & contemnit culum Dei, in impiis
Regibus semper gravissime punivit.

¶ Hinc Augustinus: (d) In hoc serviunt Reges Deo, si in
Regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum quae pertinent
ad societatem humanam, sed que ad Religionem divinam. Idem: In
hoc serviunt Domino Reges, cum ea faciunt illi, que non possunt fa-
cere nisi Reges, h.e edicta pro vera religione promulgat. Et ibidem:
Aliter servit Rex Deo, quia homo est; aliter; quia Rex est. Quia
homo est, ei servit vivendo fideliter; quia vero etiam Rex est, ser-
vit, leges justa præcipientes, & contraria prohibentes, convenienti
vigore sanciendo; sicut servivit Ezechias, lucos & templa Idolo-
rum destruendo; sicut servivit Rex Nini vitarum, universam civi-
tatem ad placandum Dominum compellendo: sicut servivit Dari-
us, idolum frangendum in potestatem Danieli dando; sicut servivit
Nabuchodonosor, omnes in regno suo positos à blasphemando Deo
lege terribili prohibendo.

Error Secundus.

Non potest probari, licere Magistratui in N.T. pu-
nire gladio, quia non potest in N.T. exemplum monstra-
ri, quod aliquis in Ecclesia Christi Magistratus offici-
um administraverit. In N.T. non legimus, quod in A-
postolica Ecclesia sit mandatus usus gladii.

REFUTATIO

Magistratum à Deo constitui custodem utriusq. tabulae in
refutatione erroris præcedentis diximus. Anabaptistes vero
neurum concedere, ex hisce duobus capp. liquet. De primo jam di-
ctum. Posteriorē errorem quod attinet, quo Magistratui usum
gladii externi malitiosè demunt, & sic secundæ tabulae custodiām
ipsis negant; nos contrarium, quod nimis um Magistratui gladii usus
mandatus sit, ut in fontes supplicia constituant probamus?

1. Test.

- | | |
|--------------------------------------|--|
| Exod. 32.20 | |
| 2 Reg. 6.2. | |
| 3. Reg. 5.8. | |
| 4 Reg. 13.14 | |
| 2. Par 14.3.c | |
| 17.7.c. 24.6 | |
| Iudic. 17. 6. | |
| c.21.24. | |
| d) Lib. 3. su
per Chry-
stost. | |
| Epist. 30.ad
Bonit. | |

- | | |
|------------|--|
| Colloq. | |
| Embd. Art. | |
| 12. F.C. | |
| In colloq. | |
| Francken. | |

1. Testimoniis scripturæ; quibus Deus constituit ante Legem datam, ut qui effuderit humanum sanguinem, fundatur sanguis illius (a). In lege erat illa Dei vox: Auferes malum de medio tui. De Idololatria dixit: Non parcas ei, non miserearis eius, nec illum abscondas. De homicida voluntario, moriatur; non dimittas illum, & dones altari meo, sed avellas ab altari meo. Huc spectant complures Leges Mosaicae pollicæ, quibus peccata contra primam & secundam tabulam, igne, gladio, & lapidibus Deus puniri voluit: ut & Exempla eiusdem perspicua, ut sunt Mosis, Iosuæ, Davidis, Salomonis, Simeonis Iudeæ & aliorum, qui gladio hostibus restiterunt, & in fontes supplicia constituerunt.

2. Nec obstat quod testimonia hæc ex V.T. de prompta Adversarii rejeciant, & in Novo non amplius valere somnient. Præterquam enim quod Leges morales de quarum quinta eiusq; executione allegata dicta loquuntur, nec dum in N.T. cessent; nobis quoq; non desunt testimonia ex N.T. de prompta. (c) Sic enim Paulus ait: Magistratus non temerè gladium gerit, Dei enim Minister est vindicta in iram, ei qui male agit. Et Petrus inquit, quod Reges & ab eo missi, sint ad vindictam malorum.

3. Rationibus firmissimis. 1. Vnde enim Deus, ut viri boni ab improborum injuriis defendantur, & oppressis præsidio subveniatur (d) & scandala vitentur. Id autem alia tunc via fieri non potest, nisi ut Magistratus, qui potestate armatus est, palam maleficos ac facinorosos (quorum nequitia pere turbatur & exagitatur publica pax) severè coerceat, ne impunitas unius aut alterius bonos ac iustos opprimat, & malos reddat audacieores; sed ut dum improbus punitur, boni ab oppressione liberentur, ac alii à similibus & aliis flagitiis absterreantur. 2. Siquidem id verum, quod dicit Solon: Præmio & poena omnes Respublicæ consistunt: iis sublati, totam civitatum disciplinam collabi ac dissipari necesse est. Frigeret enim in multorum animis & qui iustitia cura, nisi virtuti sit paratus suus bonus: nec contineri sceleratorum homi-

d) Ier. 22. 3.
Deut. 1. 16.
17. 16. 19.

hominum libido, sine severitate ac pænarum animadversione potest. Ad utrumque verò finem consequendum, Magistratus officium in ornando præmis virtutem bonorum, & afficiendo pœnis virtutum, vel maximè requiritur. 3. Et si Patria familiæ in sua domo licet liberos disciplinâ regere & castigare corrumptos, bonos præmio afficere: id Magistratus certè qui in Republica idem est, quod pater in domo, facere debet. 4. Deniq; ad bonum principem, cui bonum commune tuendum commissum est, pertinet, impedire, ne partes vitiatae totum corrumpant, & ideo si non potest ulla correctione alia vitiatae partes curare ut servetur, potius eas amputare, quam permittere debet, ut bonum commune pereat; sicut Agricola amputant ramos & sarmenta, quæ officiunt viti vel arbori; & medicus resecat membra puerida, ne pars sincera trahatur.

4. Patrum testimoniis. Sic enim Hieronymus: (d) Homicidas & sacrilegos, & venerarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Et Augustinus: Nequaquam contra hoc preceptum fecerunt, quo dictum est: Non occides, qui personam gerentes publicæ potestatis sceleratos morte punierunt. Innocentius interrogatus anne liceret Magistratui gladio animadvertere insones? Respondit, omnino licere. Hilarius: Licer occidere in duobus casibus; si quis iudicis fungatur officio, aut in sui defensionem utatur gladio.

d) In cap. 22
Hierem.
Lib. 1. de ci-
vit. Dei. c. 21
In Epist. 3.
ad exuperi-
um cap. 3.

Error Tertius: Non licet Magistratui bella gerere, REFUTATIO.

D. Schluss.
ibid. f. 660.

Sic est ut diximus, ut Anabaptistæ Dominium occupent, Magistratui, ne se contra illorum machinationes defendere possint, bello interdicunt.

1. Sed nos respondemus; quādo bella Magistratū gerere posse, ex verbo Dei docemus, non omnia, cuiuscunq; sunt generis & conditionis, approbamus. Alia n. bella sunt iniusta, quādo videlicet in iis gerendis Magistratus ducitur cupiditatibus, aut affectu præro dominandi, a-

C nimumq;

nimumq; non defendendi sed offendendi habet. Hac non bella;
sed latrocinia dixeris. Alia vero sunt justa bella, quæ 1. absq; ma-
nifesto totius Reip. & salutis publicæ periculo non possunt intermit-
ti. 2. Et à summo Magistratu, cui cura Reip. commissa est, aut eo, qui
ab ipso ius ejusmodi habet, indicuntur. 3. Et ex iusta, necessaria, arg.
Dei verbo consentanea causa suscipiuntur. 4. Et prius hostibus, pacis
conditiones aut quasvis transactiones responentibus (a) nunciata
geruntur. 5. Quæ rectâ intentione fiunt, non cupiditate nocen-
di, aut offendendi, sed animo defendendi ac pacis studio geruntur, ut
malicioseceaneur, & boni subleventur. Non enim queritur pax, ue-
nit August. (b) ut bellum geratur, sed bellum geritur, ut pax acqui-
ratur.

a) Deut. 24.
20.
Iud. 11. 12.

b) Lib. 5. de
Verb. Do-
mini.

c) D. Rung.
in disp. ca-
tech. disp 6
th. 30. & seq
d) Exod. 17
9.
Num. 31. 2.
Iud. 3. 9. 10.
3. Reg. 15.
e) Deut. 20.
1. & seq.

f) Ios. 10. 18.
Iud. 6. 34. c.
15. 14.
1. Reg. 17. 45
Esa. 45. 1.
g) Psal. 5. 5.
Soph. 3. 5.
Deut. 32. 4.
h) Num. 31.
2.
Deut. 20. 10
1. Reg. 25. 28
c. 28. 17.
2. Par. 6. 22.
i) Hcb. 11. 34

2. Huius generis bella verbo Dei non adversari, multis S.
Scripturaræ testimoniis, exemplis ac rationibus, partim ex V. partim
ex N. T. desumptis abundè probari potest (c). Deus enim in V. T. pecu-
liaaria mandata de suscipiendis bellis dedit Israelitis. (d) Certam et-
iam per Mosen bellii gerendi formam præscripsit, (e) minimè id fa-
cturus, si in usu bellii ac militiæ nullum Magistratui esse ius posse
censuisset.

3. Præterea multos etiam Heroas divinitus excitatos legi-
mus ad defendendos bonos, ad propulsandam iniustam violentiam, &
ad afficiendos legitimus pœnis græssatores: ut Iosuam, Gedeonem,
Davidem, Cyrum (f). Quod sane nequitiam alias factum esset, si
bella gerere cum voluntate Dei pugnaret, aut res iniusta esset; Si
quidem iustus est Deus non faciens iniquitatem (g). Unde & bella
quæ pro religione & Reip. salute geruntur, Domini prælia dicuntur (h)

4. Bellatorum etiam in sacro codice pañim obvia sunt exem-
pla, quos verè fuisse pios, & ex fide bella gessisse scribitur (i), quales
fuerunt Abraham, Moses, Iosua, Samson, Samuel, David, Ezechias,
Iosias, Machabæi, item & alii, quorum bella ut iusta Deus adjuvit,
nullo modo id facturus, si bellum esset illicitum; si quidem malaper-
mitti, sed non etiam ad ea facienda auxilium dari potest à Deo.

5. Quod

5. Quod verò ob̄icitur, testimonia & exempla hac perita es-
se ex V.T. in quo multæ occurunt leges; (k) de Divortiis, de usura,
& alius; nec non exempla de Polygamia, quæ tamen factis heroicis in
N.T. nos non obligant, nec nobis imitanda sunt; in N.ro autem nullū
extare vel testimonium, vel exemplum, quod doceat, bellum rem esse
licitam Christianis; id sanè nullius est momenti.

k) Deut. 21.
14. c. 24. 1.
c. 23. 20.
Gen. 29. 23.
28.
Num. 25. 3.
Ios. 10. 12.

6. Nam illa ratio belli gerendi, quæ olim in V.T. fuit, & ho-
die permanet. Legitimam enim tūm corporum, tūm animæ defen-
sionem, ut huiusmodi bella sunt, ad legem naturæ pertinere, in con-
fesso es; quæ quidem naturæ lex, quia perpetua & invariabilis est,
non minus & hodie ipsos Christianos, quam olim Iudeos, obstringit.

7. Deinde non es quærenda in Apostolorum literis expre-
sa illarum rerum enarratio, ubi non politiam formare, sed spirituale
Christi regnum instituere, animus es; sufficere enim in N.T. meri-
tò debet tradita illarum rerum confirmatio, quæ in veteri prolixè
fuerunt mandatae.

8. Quid, quod in historia Evangelica nonnulli commemoran-
tur centuriones, quorum mirificè commendatur pietas ac fides (l),
qui sub se habuerunt milites, quibus procul dubio ad bella usi fue-
runt. Tum & Baptiste, ad milites bella se stantes, responsum vel ma-
xime contra Errorem allegari potest. Cum enim illi baptizati à
Iohanne, audirent turbæ & publicanis, quid sibi faciendum quæren-
tibus à Iohanne responsum dari, interrogant et ipsi eum dicentes,
quid facimus & nos? quibus responderet his verbis; Neminem con-
cuciat; neq; calumniam faciat; & consenti estote stipendiis ve-
stris. De quo Baptiste ad milites responso eleganter Augustinus his
verbis (m): Si Christiana disciplina omnia bella damnaret, hoc potius
milites consilium salutis parentibus diceretur (à Iohanne Bap-
tista) ut arma abjicerent, seq; militiæ penitus subteraberent. Dicatum
est autem: neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, suffici-
at vobis stipendum vestrum. Quibus proprium stipendum sufficere
debere præcepit, militare utiq; non prohibuit. Usitatum autem es

l) Matt. 8:
5. 9. 10.
Ioh. 4. 47.
Act. 10. 1. 2.

m) Epist. 5:
& 14. ad
Marcell.

62 argu-

argumentari à concretis ad abstracta. Et consequentia valet, ubi non est ambiguitas; ut, Iohannes Baptista recepit & approbavit, milites manentes in officio: igitur & militiam approbat. Nam approbatione exempli in subjecto, approbatur res in genere.

9. Quin & sufficiens ratio idem nobis didicat. 1. Nam si tradita Magistratibus est potestas, qua ditionis sua quietem tuncaneat, qua inquietorum hominum seditiones motus comprimant, qua vi opere pressis opitulentur, qua in maleficia animadvertant; an majore opportunitate proferre eam possunt, quam ad compescendum eius furorem, à quo & privatim singulorum otium, & communis omnium tranquillitas perturbatur? 2. Si legum custodes esse ipsos & assertores convenit, omnium conatus pariter evertant oportet, quorum sceleris legum disciplina corrumpitur. 3. Imò licet Magistratuī defendere cives suos ab internis hostibus pacis, eos necando variis generibus suppliciorum; licet etiam jure eos latrones plectere, quorum injuria in paucos tantum progressa fuerunt: an totam ergo latrociniis regionem impunè affligi vastariq; sinent? Hoc ergo et naturalis & equitas & officii ratio dictat, armatos esse principes non tantum ad privata officia judicarii pénit coercenda, sed ad ditiones quoque fidei sua commissas, bello defendendas, si quando hostiliter imperantur.

10. Deniq; idem testimonij Patrum probatur. Sic enim Chrysostomus: (n) Milicium prædictis & dicis, non possum esse pius; Centuriario nonne miles erat, nihilq; nocuit illi sua militia? Ambrosius: Non militare delictum est, sed propter prædam militare, peccatum est. Augustinus: Noli putare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. Bernhardus: Ac vero Christi milites securi prædicantur prælia Domini sui, nequaquam metuentes, aut de hostiis cœde peccatum, aut de sua nece periculum, quandoquidem morte pro Christo vel ferenda vel inferenda, & nihil habeat criminis, & plurimum gloriae mereatur.




n) Homi. in
Evang. de
nuptiis.
Ioh. 2.
Serm. 7. vi-
de Aug.
de verbo Dō.
super Matt.
serm. 19.
Epist. 205.
alias 207.
ad Bonif.
Lib. 22. cōtr
Faustun. c.
74 & seq.
& lib. 6. q.
in Iosuam
quæst. 10.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737665270/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737665270/phys_0023)

DFG



præsenti hoc errore pronunciet, qui & olim suæ
auctores partim propagatores in Ecclesia ma-
Originem & Alexandrina Ecclesiæ antisitem
Palestinæ; & nunc iterum resuscitatus à nonno-
rum in proscenium educitur, palliatur, com-
impij hujus dogmatis absurditas eò magis inno-
literarum & rationum stateram examinanda

1. Contrariantur illi scripturae dictæ ea, qua
diabolorum & hominum damnatorum aeterna
desituras esse perspicuè confirmant(a): quæ ve-
morientem afferunt: Iram Dei mansuram sup
esse ignem inextinguibilem, interitum aeterni-
tum, iudicium sine misericordia, pronunciatum
extremo dñe abiectum maledictos in supplicio.
Quod si itaq; homines damnati usq; in aeternum
lumen & Diaboli in secula seculorum crucia-
tandem erunt salvandi, aut quis finis penit ipsi?
Nq; est, ut quis cavilletur, vocabulum aeterni-
litam sine fine perpetuitatem, sed periodicam
temporis limitatam diuturnitatem denotare. In
questione accommodari non potest: siquidem
quam convincetur, quod pænae damnatorum
ræ sint, sed potius constat, nullam mutationes
summi iudicis, quo ad statum rerum futuram
aeternum, simpliciter in propria significatione
quid assumitur, profigento reputamus.

2. Deinde & rationes contra prodigiosum habent. I. Quia damnatorum peccata mortaliæ
temporalia violant & contemnunt aeternum &
videlicet Deum, & aeternam vitam; iustissime
aeternis penit puniuntur. Cum enim duplex si-
cundum intentionem acerbitatu, & secundus

